



Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1679

Responsoria Alexandri III. Papæ ad superiorem epistolam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14735

plurimum apud vos sancti Pontificis meritum & constitutio debuit suffragari, qui tantum in eo fidei spei que reposuit ut ei cum personatu curam animarum sine scrupulo conscientiae commendaret. In quo stupor apprehendit omnes, & aures tinniunt audiendum, cum tam diversa meritorum reportent stipendia inutilitas auxilium & religio dejectionem. Est aliud præterea quo gravius uritur & urgetur animus meus, quod non sereno vultu scripta mea recipitis, nec apud vos finem fortiuntur acceptum. De regulibus autem Clericis cum teneat communis usus Ecclesiæ ut Archidiaconi vices agant in episcopatis, vel parochiales curas obtineant, de prædicto fratre nostro Noviomensi Cancellario non sine gravi cordis scrupulo sustineo quod eum sic arbitrij vestri sententia beat prædamnare; maximè cum preces meas pro eo suscepitis, & commendationem dignam gratia sine gratia remitti non meruerim. Hoc præterea vobis adnuntio, quicquid alij dixerint, quod in ejus promotione & communis consensu Canonicorum affuit, & nullam audivi sonuisse contradictionem.

Vide Bullam
Alexandrini.
apud Iacobum
le Vasseur in
Annalibus
Ecclesiæ No-
viom. pag.
897.

*ALEXANDRI III. PAPÆ
epistola ad Henricum Archiepiscopum Re-
mensem, qua superioribus litteris respondet.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei ve-
nerabili fratri Henrico Remensi Archiepisco-
po salutem & apostolicam benedictionem. Cum
significasses nobis quod nec litteras nec nuntios tuos
benigniori oculo respiceremus, nec preces tuas su-
per negotio Atrebatensis Episcopi vellemus admit-
tere, satis mirati sumus qua de causa turbatio ista in
animo tuo provenerit, & quibus argumentis gra-

An. 1170.

P. iiiij

tiam & dilectionem nostram circa te refriguisse con-
nicere potuisti. Non enim ita immemores sumus
magnificæ devotionis & utilissimi obsequij quod
nobis & Ecclesiæ Romanæ in necessitatibus articulo
prompto animo impendisti ut non te sicut carissimum
fratrem nostrum & firmissimam columnam Ecclesia
sincerissimo diligamus caritatis affectu, & tam nunti-
os quam litteras tuas liberali semper animo videa-
mus, & gratanter pro te velimus efficere quicquid
cum Deo & justitia & honestate nostra possimus &
pro aliquo fratum nostrorum essemus facturi; nec
reco limus nos unquam tuis precibus obviaisse, quas
salva forma justitiae & honestate nostra potuimus
exaudire. Immo plerunque præter officij nostri de-
bitum tuæ curavimus fraternitati deferre & satisfa-
cere voluntati. Quapropter hæc in animum tuum
non descendant; sed omnem hujusmodi sollicitudi-
nem & anxietatem deponas. Et si quando petitioni-
bus tuis non ad votum annuimus, non voluntatio no-
stræ, sed potius meritis negotiorum ascribas. Desi-
derium namque, sicut diximus, & voluntatem ha-
bemus ea quæ cordi sunt tibi gratanti animo exequi
& votis tuis, in quibus expedit, benignum semper
& promptum favorem præbere. Tu vero, sicut vir
discretus & prudens, in omnibus agendis tuis caute-
& providè ambules, suffraganeos Ecclesiæ tuæ be-
nignè & mansuetè pertractes, & de Ecclesiis beati
Petri propriis, quæ in tua provincia constitutæ sunt,
non tamquam de tuis disponas, sed eas in sua liberta-
te relinquas. De cetero super negotio dilecta in
Christo filia nostræ nobilis mulieris Constantiæ so-
roris tuæ uxor Comitis Tolosanensis venerabilibus
fratribus nostris Suessionensi, Ambianensi, & Lau-
dunensi Episcopis consideratione fraternitatis tuæ
efficaciter scripsimus prout novimus expedire. Ve-
rum quia, sicut accepimus, in instrumento dotalitij

sui testes conscripti sunt, ipsos auctoritate nostra & tua moneas & inducas ut amore justitiae testimonium perhibeant veritati. Sicut enim periculose est ini- quum falsumve proferre, ita quoque bonum est ve ritati testimonium perhibere. Ad hæc, dilectum filium nostrum magistrum Paganum tibi devotum admodum & fidelem providentiae tuæ propensiùs commendamus, rogantes ut ei benefacias & habeas multipliciter commendatum, quem scis pro suo ne gotio tanto tempore apud nos moram fecisse. Ne gotium enim pro quo eum misisti citò satis & com pendiosè expedivimus. Datum Beneventi v i, Kal. Septembbris,

*EIVS DEM. ALEXANDRI
epistola ad Decanum & Capitulum Ecclesie
Parisiensis, de residentia Canonicorum fo-
rinsecorum.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei di- An. 1170:
lectis filiis B. Decano & Capitulo Parisiensi salutem & apostolicam benedictionem. Ea quæ ad incrementum Ecclesiarum & venustatis spectant de corem, juxta officij nostri debitum studiosius prosequi volumus, & iis promptam curam & diligentiam adhibere optamus quæ ad vestrum & Ecclesiæ vestræ cognoscimus pertinere profectum. Ex litteris autem quas nobis devotio vestra transmisit evidenter acce pimus quod quia quidam vestrum alienis insistentes negotiis, raro Ecclesiæ vestræ sui præsentiam exhibebant, & ceteri eandem licentiam absentandi se velint habere, communi consilio illos Canonicorum vestrorum forinsecos ordinasti qui per medietatem anni in Ecclesiæ vestræ servitio assidui non fuerint,